intra in cubiculū fili et viſita ſponſā tuā·
Vt aūt intrauit cepit nobiliſſimꝰ iuuenis
et xp̄o ſapientiſſimꝰ inſtruere ſponſam
ſuā· et plura ei ſacramēta diſſerere· De
inde tradidit ei anulū ſuū aureū et ren
dam idest caput balthei quo cingebatur
inuoluta in purpureo et purpureo ſuda
rio dixitq̄ ei· Suſcipe hec et conſerua
vſq̄ dum dn̄o placuerit· et ſit dn̄s inter
me et te· Poſt hec accepit de ſubſtācia ſua
et diſceſſit ad mare· aſcendens nauim
deo pſperante peruenit laodiciā· Et inde
iter arripiens abijt ediſſam ſyrie ciui
tatem· vbi ſine humano ope ymago dn̄i
nr̄i ihū x̄ in ſindone habebatur· Quo perue
niens oīa q̄ ſecū tulerat pauperibꝰ erogauit·
Et induens ſe veſtimenta viliſſima
cepit ſedere cū ceteris pauperibꝰ ad atriū
ſc̄e dei genitricis marie· Sancta quoq̄ dei
miniſteria ſingulis diebꝰ dn̄icis accipie
bat· et de elemoſinis q̄ dabant ei quantū
ſibi ſufficeret retinuit· cetera pauperibꝰ
erogauit· Poſt cuiꝰ naq̄ diſceſſionē facta
eſt rome inquiſicio magna et nō inuen
ientes eū· miſit pr̄ ipiꝰ pueros ſuos ut
per vniuerſas mūdi partes inquirerent eum·
Quorū aliqui dum veniſſent ediſſam vi
derūt eū inter ceteros pauperes ſedentē et
dantes ei elemoſinā diſceſſerūt quia nō
cognouerūt eū· Ipſe aūt hō dei alexiꝰ cog
noſcens eos glorificabat deum dicens
Gracias ago tibi dn̄e qui me vocaſti et feciſti
ppt̄ nō tuū ut acciperem elemoſinā de ſeruis
meis· q̄ſo ut pficere digneris i me opꝰ
qd̄ incepiſti· Reuerſi aūt pueri nūciauerūt nō
inueniſſe eū· Mater q̄ eiꝰ a die q̄ diſceſſit
filiꝰ ſuꝰ ſternens ſaccū in pauimento
cubilis ſui ſedens ſup illud eiulās et
lamētans dicebat· Viuit dn̄s q̄ ita ma
nebo donec cognoſcam quid actū ſit de filio
meo· Sponſa vero dixit ad ſocrum ſuam
Nō egrediar de domo tua ſed ſimilabo
me turturi q̄ omnino alteri n̄ copulatur
dū ſociꝰ eiꝰ captꝰ fuerit· ſic et ego faciā
quouſq̄ ſciam quid actū ſit de dulciſſimo
coniuge meo· Ille naq̄ homo dei in eo de
quo dictū eſt atrio pmanſit iſta cōuerſacōe
et vite auſteritate p decē annos incog
nitꝰ· Poſtea vō volens deus reuelare
cauſā ipiꝰ· ymago q̄ in honore ſc̄e dei
genitricis marie ibidē erat paramona
rio eccl̄ie dixit· Fac introire hominē
dei quia dignꝰ eſt regno celorū· et ſpūs
dei requieſcit ſup eum· nā et oro eiꝰ
ſic incenſū in cōſpectu eiꝰ aſcendit·

Exiens aūt paramonariꝰ q̄ſiuit eū
et nō cognouit· et reuerſꝰ intro cepit
precari omipt̄s dei clemenciā ut oſtēderet
eū illi· Iterū ipa ymago ait· Ille q̄ ſedet
foris i oſtio ipe eſt· Tunc paramonariꝰ
feſtinꝰ egreſſꝰ cognouit eū et procidēs
ad pedes eiꝰ rogauit eū ut i eccleſiam
intraret· Qd̄ factū dū cunctis innoteſceret·
et iſdem hō dei ab oībꝰ venerari cepiſſet·
humanā fugiēs gl'iam· occulte exijt de
ciuitate ediſſa· et venit laodiciā· ibiq̄
nauim aſcendēs volebat ire in tharſim
ciliciē· ut in tēplo ſc̄i pauli qd̄ ibidē erat·
maneret incognitꝰ· Deo itaq̄ diſpēſante
rapta ē nauis validiſſimo vento· et ducta
eſt ad romanū portū· Vt aūt ipe hō dei
ſe illuc veniſſe pſpexit voluēs i corde
ſuo dixit· Viuit dn̄s q̄a alicui oneroſus
nō ero neq̄ alibi ibo in domū mei pr̄is
quia illic cognitꝰ nō ero· Et exiēs ve
nit et obuiauit patri ſuo redeūti a pa
lacio· Quē videns circūdatū multitu
dine cepit clamare dicēs· Serue dei
reſpice i me· et fac mecū miā quia
pauper et pegrinꝰ ſum· iube me i domo
tua ut paſcar de micis q̄ cadet de menſa
tua ut deꝰ bn̄dicat annos tuos· et ei q̄
habes pegre miſereatur· Pr̄ vero eiꝰ
hec audiens rememoratꝰ eſt de filio ſuo·
et cōpunctꝰ iuſſit eū venire ad ſe et ait·
pueris ſuis· Quis ex vobis curā faciet
iſtiꝰ hoīs· Viuit dn̄s deꝰ meꝰ q̄a liberū
eū faciā et de domo mea accipiet heredi
tate· Et deputato iſti miniſtro iuſſit eū
recipi et fac̄e grabattū in atrio domus
ſue ut intrans et exiens videret eum·
ppipiēs de menſa eiꝰ ut paſceretur· et ne i
aliquo contriſtaretur· Suſceptꝰ aūt pſeue
rabat i auſteritate vite ſue oracionibꝰ
ieiunijs cōtinuis et vigilijs indefeſſis·
Pueri vō ceperūt deridere eū et aquā
qua diſcos lauabāt ſup caput eiꝰ fūdere
et multas i iurias ei inferre· que oīa
hō dei ppter amorē xp̄i ſuſtinebat· ſcie
bat enim q̄a antiquꝰ hoſtis hās ei para
uit inſidias· Sicq̄ fecit in domo patris
ſui incognitꝰ alios decē et ſeptē an̄os·
Cū aūt tempꝰ cognouiſſet vite ſue ſibi
cōpletū· et finem laboris ſui imminē
cōſpexiſſet· poſtulauit a deputato ſibi
miniſtro thomū carte et calamarē
et ſcripſit p ordinē omnē vitā ſuam
qualiter reſpuerit nupcias et qualiter
cōuerſatꝰ fuerit in pegrinacōe· q̄literq̄
cōtra volūtatē ſuam redierit romam·

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 90v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/it/vad/0070/90v)